




MANUSCRIPTA
INSTITUTI OSSOLINIANI
II. 288







1/2 *Black*

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.

Illustrissimi et Excellenti
 DD. GEORGI
 DUCIS IN OSSOLIN
 S. R. I. Principis, Comitis à
 Tenczin OSSOLINSKI
 Supremi Regni Poloniae Cancellarii
 ORATIONES

habitee apud Summum Pontificem, Imperato-
 rem, Reges, Principes, ac Venetam remiss:

Cum Exc^a S^a duorum Regum Septembris
 Onis maximorum.

S S S S M V N D S III P A T R I S

W L A D I S L A S IV T S S S

utriusq; Invictissimi Nomine Publicas abiret
 L E G A T I O N E S



Triumphator sine Triumpho ingressus, pia vota et Pontificiorum pedum oscula triumphalibus protulit; qui cum videri, nosq; maxime nollet, Urbis et Orbis oculos in se convertit; quincitra Rhenum fluere solitum, nova Tyberim felicitate beans, invicta dextra, ultra Tyram et Borysthenem traxit; qui deniq; desertori populo, Graecum Constantiniae donationis diploma et superba Gaza eripuit, tanquam pro Romano Pontifice pugnasset, cui Romam horribum etiam spoliis asseruit. De hoc, tali, ac tanto Principe tibi Pater Beatissime, non in cunis sed in ipso gloriae ac rerum gestarum fastigio, non fama, sed aspectu ac familiaritate noto, quod in hoc amplissimo Orbis Theatro afferam, haud reperio. Jam enim olim Sapientissimo tuo Judio, omnes ejus penetrasti, ac percensuisti virtutes, easq; ubi probe cognitas, quae liberae gentis scripta moderentur, dignas judicasti, cum non ita pridem Vladislavum unum esse, qui Polonis imperare queat, Solemni commendatione asseruisti. Huius ergo potius mea deflectat oratio, ut quos quaeque leges populos tibi sanctaeque Sedi tuae supplices Rex Noster secum offerat, declarom, quos dum exequor, Pater Beatissime, Paterno affectu favorebis filij Pontificatus tui natu minimi, gloriosis conatibus; Solemne enim Patrum est, eorum gestis potissimum recreari, quos recentiori sive laus tuae gloriae partu Orbis

ediderint. ^xQuidamq; ergo Tentum Septembrio tergit, quam
 late a Carpathis montibus ad Caspium mare, a glaciali
 Oceano ad Pontum Euxinum patet Europa, totam id, genu:
 flexente Wladislas, ante Thronum suum prosterni-
 tur, Pater Beatissime. Omnes enim illa Gentes, aut
 liberis Suffragiis eum sibi Regem dixerunt, aut hereditario
 jure, licet refraga, ad Jus spectant Majestatem,
 aut deniq; armis subacta Dominum recognoscunt. Sed
 primum merito locum obtinet Polonia, que uti Principibus
 suis liberi parat, ita Religionem, et Sacra, nulla vi, nullo
 metu adacta, colit. Illa, illa Sarmatia, Romanorum armis
 impervia, Romana Religioni manipata; illa, tot olim Super-
 stitionum atrix, nunc unius D. I. Serva; illa libertatis
 Custos acerrima, nullius iurum experta, Romanis Pon-
 tificibus, eorumque Sedi Apostolice obsequentissima.
 Polonia, inquam, que sola Monstra non parit. Nulla
 inde Heresis, nullum Schisma, et si qui vicinarum gentium
 peste afflati, acerrimo legum Supplicio, et perpetua infamia
 nota, a reliqua nobilitatis corpore reciduntur. Siquis
 Legem, Wladislas Jagielone Rege latam, totius no-
 bilitatis, Patrie more, consensu firmatam, legerit, fatobitur,
 nullius Concilii anathema acrius heresim perstrinxisse.
 Et quamvis iniquitati Temporum, amorique Consangui-
 neo, aliquando indulisio videamus, non tamen legem obrogari,
 unquam rapi sumus, nec patiemur; testaturi posteritati, nos

edidit

x

Legum, Patriaeque Salutem, unius Religionis integritate
firmare. Hoc ipso lugubri nuptor Reipublicae. Statu, cum
Singularium Regem, vivam pietatis, religionisque imaginem
caelo receptam, terris exceptam planximus, vidisset Pater Bea-
tissimo, illis ipsis centuriatis Comitibus, Senatui, Populumque
Polonum, magis pro Religione adversus concives suos, dira
Heresi corruptos, certantem, quam de communi Patria
Salute, aut de futuri Principis electione sollicitum. Quaevis
fervor Procerum curam Antistitum, eorumque et sui
Apostolicae Curiae Solemnes exivit gratiarum actiones.
Innotuit saltem Genti Polonae avita Religionis stu-
dium. Hinc illa erga Sanctorum Praedices observantia,
que eis prima in Senatu Subsellia detulit, et praecipuas
Reip. partes curare iussit. Saepe prodigam, ut ita
dicam, in Templorum aedificia ac ornamenta liberalita-
tem. Omittam Cultum Humani et Sacrorum ferven-
tissimum, haec enim omnia ita se habere Orbis consensus
asserit. Animum certe Genti ejus magnitudinem
vel inde colligere licet quod à tot Saeculis adversus feros
et immanes Nominis Christiani hostes excubent; nec Ratio-
nem deserent. Ottomanorum Signa, quae tot aëres, tot
urbes validas expugnaverunt, fluminumque impetus superarunt,
tot Christianorum copias fuderunt, nulla Polonorum
pectora fiderant. Ne patentes ac pervios ingredian-
tur campos hucusque prohibuerunt. Scythicam pernicitatem,

ne universam quaque versus pervagetur Europam, unica
 Reip. nostra moratur Provincia. Moscos solo nomine
 Christianos, re et moribus quibusvis Barbaris execrabiliores,
 toties vicimus, fudimus et demum nobilissimam ejus Regionis
 partem in provinciam redeimus. Haec omnia Summa Animi
 magnitudine, ac prout Romana detorunt. Parentavimus
 siquidem antiqua ~~URB~~ Majorum nostrorum ferocia laesa,
 cum in ejus mores et instituta transivimus. Hinc liber-
 tatis Studium, hinc Equi, juris ac legum amor, hinc mascula
 frugalitatis exempla, nihil in moribus, nil in habitu Corporis
 molle et effeminatum, nil acutum. Juventus
 praetextam, non in cytharæ dorum gymnasijs, Sed inter
 castra deponit. Equitibus rura Paterna colere
 haud placendum, ne urbanis enervati delictis bello fiant
 ineptiones. Humiles domos plerumq; habitant, Sed
 excelsos animos fovent; non propugnaculorum non pontis
 Subicii, Sed legum et innocentiae praedio tuti. Neq;
 vero hanc magnanimitatem, ferociam quispiam dixerit.
 Curarunt Sarmaticam, si qua fuit, feritatem Religio
 et Musa latina. Has ubi è Septentrione
 devolute Gentes Latii moverunt, credo equidem castra
 Scythas, oiq; vitae asuetas Helicoxi suo, prope ultimum
 vale dixisse. Gentes profecto Nostram adeo sibi man-
 ciparunt, ut sine earum praedio et ornamento militarem
 gloriam minus Periosam estimant. Et merito,

carum enim beneficio libera Nobilitatis capita de seipsis
decernunt, magno Nobilitatis ornamenta. Nos a Scholarum
cathedris interpretes petimus, latino fleti eloquio, quod
una cum moribus et institutis in partem gloriae Nostrae
libenter assumpsimus. Tali itaque, et tanta Polonia
ad Tuos pedes prima procumbit, Pater Beatissime,
illud Collum nullius unquam iugum ferro solitum, illas
manus liberas, illum animum excoctum, et ad imperan-
dum Natum, Regis sui exemplo, Majorum
instituto tibi submittit. Tuis auspiciis se Wla-
dislaum Regem dixit, ac proinde eum tibi debere
profiteri. Tu enim genitor Divos, Primum
ac Felicianum Roma discessuro in sacris cineribus
tribuisti, non sine Pontificio omine, cum primum
Nostrum Regem fore, qui sine amulo felicissimum,
qui conjunctissimis tam populosa Gentis, animis et
Suffragiis Rex diceretur. Tuis ergo auspiciis,
Pontificum Maximo, habet Wladyslaum Polonia,
Wladislaus Poloniam. Tu utrumque. Habebis,
DEO favente, Wladyslai invicta dextera, tandem
aliquando tibi, sanctaeque Sedi tuae manifestos
Scandinavos rebelles Leones. Habebis et desore-
tores communis Pastoris ad Tuum ovile prope diem

ro dunt. Exivit etenim Pater Sancte, Filius hic
 Tuus, non etate aut moribus, nec Majestate, sed capessite
 Regia dignitate temporis minimus ad benedictionem, ut se
 Patriam, famamq; Tuam impleat, avidam Gloria Summo
 DEI, inde longevi auspiciaturus primordia Imperij, unde
 celi et Ecclesie ruinas sperat reparandas. Erige
 hanc Tuam dexteram, Pontifex Optime Maxime,
 qua necis, quo turbine motum, ac pene rucntem Orbem
 totius, Summo hujus seculi bono dudum destinatus, et
 Sancta benedictione, prosequere, tam chari pignoris pios co-
 natus. Excitabuntur hoc preclaro exemplo reliqui
 Christianorum Principes, et postpositis pernitiosis eorum
 homini et Gloria odiis, illius arma convertent, quo ne-
 farii Imperiorum predonis libido, jam tandem vindi-
 canda, vocat. Vladislavus corbo Rex, ubi nunc,
 se, Regnaq; et arma sua Sanctitati Tue tradit,
 obedientiam prestat, neq; se ab hujus Sancte Sedis
 autoritate et observantia unquam discessurum profito-
 tur. Ita, se Tue, se auspice, paratus semper
 erit Christianorum Aquilas, notis sibi itineribus, non
 sequi, sed preire.



Ciudadom Illmi et Excellentissimi

PRINCEPS, &

Serenissimi ac Potentissimi Wladislai IV Polonia et Svecia Regis, ad
Sancram Caesarem, ac Regiam Hungaria, et Bohemia Majestatem,
Septembriusq; Romani Imperij Principes Galistone congregatos,
LEGATI EXTRAORDINARIJ.

ORATIO II

Habita Ratisbona in Collegio Electo:
rali, Anno M.D.C. XXXVII XXVI Septemb.

Credidisset Orbis, Magni Principes, Legati
Illustrissimi, Wladislauum Polonia et Svecia Regem,
potentissimum. pacis domi forisq; parta, autis prolatiisq; Reg:
ni Terminis, Amurate sola armorum ostentatione ad pacem
petendam compulso, et motas Ottomanici Imperii, quas
nec Solis cursu olim declarari volebat, Wladislai placato
terminante, altum quiescere, et tot laborum, Sudorum, vigi:
liarum, victoriarumq; Trophaeis incubare. Sed
longe aliter accidit, generis Humani bono; caelitus
datus animus, propriis Commodis nequaquam acquiescat,
Sed, Suae prosperitatis radi Orbem participem viderit,

Haud putat laborum fructus maturuisse. Videt
 Christianorum nomen, et gloriam consanguineis fœderi
 armis; prospicit ex illa, cui Polonorum Regum Thronus
 superimpositus, altissima Orbis Christiani Specula,
 imminentem ab Oriente procellam, discordis Regum
 Principumq; Christianorum excitatam, intuetur miseran-
 dum in modum discepti, florentissimi Hungariae
 Regni reliquias, proluendo gutturi insatiabilis ottomanicae
 belluae destinatas. Haec omnia dum penitus
 considerat, amicissimi Regis vicinæ Gentis discrimine
 excitatur, et quid in rem futurum sit, Sublimi
 Regiae Mentis cogitatione perpendit, opportune
 nunciatur Saeni Romani Imperii Electores Prin-
 cipes, hae in Urbe Conventum more Majorum
 celebraturos, consulturosq; Orbi et tanti periculi me-
 tu consternatam Reip. erexituros; Ingenti perfusus
 Letitia, ne quantocius advolare voluit, et suo Romani
 Serenitatum Celsitudinumq; Vestrarum conatibus
 Gratulari, in sublevandis Imperii reliquorumq; Regno-
 rum rebus Consilium communicare, operam offerre, offer-
 tum deniq; et sollicitudinem tanto Principe
 dignam dedarare. Ea nimirum est Saena
 Regiae Maiestatis ditionum cum Imperio Re-

mano, eiq; annexis Provincijs conjunctis, ea negotiorum
et commerciorum communicatio, ea demum pericu-
losissima Vicinitatis cum Hoste, omnium poten-
tissimo ratio, ut utramq; Sceptrorum Caesaris
Majestatis fortunam ad se Jure arbitrate per-
tinere. Quamobrem de restituenda Germania,
tot tantiq; bellorum procellis attrita, pae Co
tranquilitate, ab eo die quo Polona Gens liberis
Suffragiis Rex appellatus, semper se sollicitum
Dedavit, neq; ullam pretermisit ejus revocan-
da occasionem. Sed generosus ille Germanica
gentis Spiritus, quamvis cum dispendio rerum for-
tunarumq; suarum, voluit hactenus, dum externis
in ipsis Germania visceribus grassabuntur,
pae mentionem admittere, ne se victum, &
ad eam petendam inter caesorum concivium
victa compulsum fateretur. Nunc vero, cum
nonnullorum viris, ad contemnendas redegerit
reliquias, caeteros ultra Germaniae Limites fa-
cescere coegerit, Sperat Regia Maestas, tanto
promptiorem ad pacem amplectendam fore, quanto
gloriosius est prosperis rebus non magis insolere,
quam adversis frangi. Repetit ergo toties

fundatur, qui suum Nostra fuit Saluti. Sed
dum Sacra Regia Majestas, Dominus meus Cle-
mentissimus, rationes tam Stabilionda in Imperio Ro-
mano pais, quam publica Gentium Securitatis.
ponderat, agnoscit, iudicatq, neutrum firmum fore
nisi electo, ac declarato, in hoc Serenitatum
Celsitudinumq, Vestrarum Conventu Romano:
rum Rege, & Vergentis in Senectam Sacra
Caesarae Majestatis Imperii consorte. Rex
vero hae tam Sublimi Dignitate, in quemvis
collata consultum Reip. Christianae arbitratur,
sed unum esse Serenissimum ac Potentissimum
Hungariae, Bohemiaeque Regem, cuius capiti
impositum Romanorum Regni diademata
publicam possit Salutem firmare. Quis enim
non concedet, Sapientissimae Majoris Serenitatum
Celsitudinumq, Vestrarum cogitose dum Romani
Imperii habenas, iam quantum iisdem crede-
runt moderandas, qui oppressum Turcica Pyramide
Pannonum Regnum gubernarunt. Nempe exhaus-
tas & deficientes illius Regni vires, quibus tamen

voluit propugnaculo Imperium Romanum prote-
 gitur, non diuturnas esse à Germania vinculo
 iudicant, ne Separata hostili Objicerentur potentia,
 extincta vero Germaniis Provinciis eas adferrent
 calamitates, quas à tot annis deplorandas sustinet
 Hungaria. Quanti magis idem condido-
 randum hoc Tempore cum Turcarum Ty-
 rannus ab immensa Divina Majestatis bo-
 nitate, fervente Christianorum bello, alliga-
 tis uti pueri ludentes solent oculis per va-
 rios Orientis hucusq; circumductus angulos,
 Occidentem tantum respicit, forsitan eadem
 manu, ob sacra Christianorum manibus polluta,
 reflectente. et unionem nostram communis hostis
 metu procurante. Hunc vero à cervicibus
 tot Regnorum depellere, & incendium
 in aliena potius domo extinguere, quam
 in propria operiri, erit summa gloria, &
 celebrata hujus angusti Collegii prudentia.
 Conducit absq; dubio, et ad præsens pacis
 restaurandæ propositum, si ardentibus undiq;
 flammis subtrahantur alimenta, ambitionis
 scintillis obnoxia. Hinc de causis Sacrae

Sacra Regia Majestas, Dominus meus Cle-
mentissimus, Regi Hungariae Bohemiaeque Seren-
tissimo, Patri suo amantissimo, Romanorum Regis
coronam vobis, suffragiisque Serenitatum Celsitudinumque
Vestrarum deferri summoque deditur, emixe pos-
tulabat, neque de Serenitatum Celsitudinumque Vestra-
rum affectu, non solum erga Serenissimum praedictum
Regem, sed et universalem Christianarum
Gentium securitatem dubitat. Accedunt
huius Regiae petitionis suffragio innumera august-
tissima Austriaeque Domus merita, plurima
in familias Subditorum Principum collata
beneficia Sacra Caesaris Majestatis pro
integritate et Juribus Imperii Romani exant-
lata laboros, et vel hostium vocibus praedicata pra-
terna in omnes, Divinaque duntaxat minor, clementia.
Succedunt propria Serenissimi Hungariae et Boh-
emiae Regis virtutes, quae prius ne florentes animatu-
ras Orbis viderit, dubitavit, ita in ipso flore fructus pra-
buerunt copiosissimos. Huius ipsius Urbis murorum
ac propugnaculorum hiantes cicatrices, quid aliud
Spirant, quam invictam Victoris mentem, uni clemen-
tiae Subjectam. Nordlingana vero memoria

Victoria, cum demum deficiet. cum Danubius
 Alpes repetet, et Euxini aquas in proprios refe-
 ret fontes. Explicare veterani Ducis, quem
 sibi circumdederat Urbium Germanicarum nodum,
 & paucorum mensium spatio totum Sueti-
 carum Victostrarum iter relegere, soli FERD:
 LEANDRO 3tio fata concesserunt, ejus gloria
 subtemenda. Honorum trophaea tandem conser-
 varunt. Ergo Serenissimi Principes, Vosque
 Legati Illustrissimi, Scipionis hujus vestra
 Germanici fronti debitam Lauream imponite,
 ac triennium Victostrarum, tertia corona ornate,
 uno in uno FERDINANDO omnes pene Ro-
 cum Principumque familias, aut Consanguini-
 tate, aut affinitate junctas coronate. Serenissimi
 vero Regis mori, pro incolumitate Christianae
 Reip. in extrema excubantis Statione, labo-
 ribus, vigiliis vita ipsius periculis hoc unum Solamen
 praebete, ut eum vestris iudiciis, vestris Suffragiis
 in Sublimi Romani Regni Throno collocatum vi-
 deat, quem sibi DEVS non solum Sanguinis et
 amoris conjunctione fratrem, sed et communium
 pro Christianis periculis laborumque consortem destinavit.

Ejusdem Illustrissimi & Excellentissimi
Principis. &

Serenissimi ac Potentissimi Sigismundi III Poloniae
& Sveciae Regis, ad Serenissimum ac Potentissimum
Angliae Regem Jacobum Legati extraordinarii.

ORATIO III

Habita Londini in Palatio Regio West. Monasteriensi
Anno M.D.C. XXI. ultima Martij.

Tandem erupit Ottomanicum jam diu celatum
virus pectore, et deposita simulatae abhinc annis
amicitiae larva, publico barbarorum furore, validissimum
Christiani Orbis antemurale, petitur Poloniae.
Perstrepsit bellico apparatu Oriens, onerandus clas-
sibus maria, jungitur Europa Asiae. Africanarum
si quid est virum, in nostram armatur perniciem.
In societatem tanti belli, veniunt haereditarii
nominis nostri Scythae hostes: venit & uterque Scaevae,
Serrus, Bulgari, Boeotenses, Illyrii, Phraes, Epi-
rotae; quae ferarum usquam est Pontium, vi, praemys,
pollicitationibus, spe praedae, cupiditate vindictae, cogit,
pellitur, accenditur. Peractus nuper lamentabilis
cruentae Tragediae prologus; hausit inimicis primum

cruorum Dacia, cum perfidus hostis Veterum ac recentium,
 Solenni iurejurando firmatorum, immemor Fœderum, inu-
 meris suis copiis Regia Majestatis, Domini mei
 Clementissimi, petens ditiones, oppositam sibi parvam
 quidem, sed bellicosissimam Nostrorum manum cecidit,
 ingenti Christiana Republica detrimento. Creverunt
 enim ea victoria barbari Spiritus, & tam faustis
 insolentes primordijs, universam Spe concipiunt Euro-
 pam, eo proveci, vel arrogantia, vel amentia, ut,
 nec assente DEO quidem, delere gentem
 nostram se posse arbitrentur. Tanto, non suarum
 duntaxat, sed Christianarum omnium Provinciarum
 commota Sacra Regia Majestas, Dominus meus
 Clementissimus, discrimine, eo fuit animo, ut & reli-
 quos Principes impendentis metus commonefaceret,
 Et in primis ad Majestatem Vestram, nullâ inter-
 posita mora referret. Sed ea est Majestatis
 Vestra vigilantia, tantum communis Christianorum
 boni Audium, ut et illos, ad quos ipsa potissimum
 vel temporum vel locorum ratione, pertinent peri-
 cula, antevertat. Antevertit Majestas Vestra
 & hunc Serenissimi Regis mei Nuntium, idque
 ultro prestabit, quod postulandum erat, cum eodem
 hosti, se Regia Majestatis, Domini mei demon-
 strissimi, amicum esse, nec ei ullo in discrimine deesse

4
posse denuntiavit. Qua in re agnoscat Regia
Majestas, verè magnum, verò regium, verè Chris-
tianum Majestatis Vestrae animum; agnoscat frater-
num erga se affectum, quem gratiosissimi testifica-
tione animi prosequitur, ac profitetur, nihil tam
grave, nihil tam difficile, nihil tam periculosum fore,
quod viissim Majestatis Vestrae causa aggredi veu-
isset. Moveantur utinam tam preclaro Majesta-
tis Vestrae exemplo reliqui Christianorum Princi-
pes, velintq; potius tam gloriosi Laboris effec-
toperatores, quam Reges et otiosi alieni periculi spec-
tatores, perfundatur quandoq; propria dum vicina
negligunt; id vero usu venire nostris si Deus placet
credant cautiore exemplo, quos neglecta Graecia
Deserta Pannonia in has coniecit angustias. Et
nos quidem, eam, quam caelum tulerit sortem, feremus,
renovaturi Saguntinorum fidei, Tyriorum constan-
tia, et si quid usquam fortiter autum exempla. Ce-
terum vicini homini provideant, qua ratione animos
firmare possint, ad similes, vel avertant Omen supe-
ris graviores casus tolerandos. Neq; putent Ty-
rannum, cujus animum humiles Sarmatarum
cura ad tam detestandum impulerunt perjurium,
Sanctiora habituros vicinitatis Lara, quae cum eis

11

seerit, quorum Urbibus mercaturā florentissimis, opibus
praestantissimis, aedificiorum cultu Splendidissimis, jam dudum
inhiat. Non deterrebunt haec, sed allicient, non exting-
uent, sed inflammabunt, per nefas sacrilegam propagandi
Imperii Sittim. Quis enim non videt hoc unum Ty-
rannum intendere, quod majorum ejus multo tempore
agitatum constat fuisse consilio; ut occupatā patentissimā
in omnes partes Europae regione, omnes grani feracissi-
mā, omnium ad classem instruendam, armandamq;
necessariorum refertissimā, innumeris suis copiis optima
aperiat horrea, navium ingentem preparet copiam, quibus
Balticum occupet Sinum, transiturus in Oceanum; ut su-
binis classibus, velut alis, ab utroq; mari Europam pre-
mat, & opprimat, terrestres copias per apertissimos
campos, qua Poloniam spectat in Germaniam
effundat, qua euntem, non montium claustra retine-
re, non fluminum rapuitas poterit retardare. Voluebat
haec Solimanus animo, agitabunt ejus Posterī, neculla
ab eo consilio deterritis eos fuisse constat ratione, quā
quod viderent universos conspiraturos Christianos ad-
tuendum hoc Regnum, ex cuius Salute totius Europae
pendeat integritas, nec deerant illi duo, tam magna-
nimi Principes, qui malissent opum ac vita propria
detrimentum facere, quam vicini sibi populi Salutem
periclitantem deserre. Haec nostra aetate prohdolor

multi non intelligunt, negligunt nonnulli, et quod dolendum,
magis avertunt ^{utro} ad communem omnium perniciem
Christiani nominis hostem, indigni Christiano nomine
barbaris ipsi execrabiliors. Unum Te habent, Serenissi-
me Rex, haec nostra tempora, qui, pro singulari
Tua prudentia animadvertisti et iudicasti, per latus Po-
loniae universam partem Europam, cuius periculum ad omnes
pertinet Christianos. Solenne Ottomanorum esse
bella cum bellis serere, et regna regnis cumulare; qui
non contenti, Asia, Africa et majoris Europa partis
Imperii, quidquid reliquum est, praeda destinant, nec sibi
per Religionem licere aliter posse opinantur. Vidit haec
Majestas Vestra Singula; unde et hanc gloriam est
consecuta, ambigentibus caeteris Principibus quid sen-
tiant, solam Majestatem Vestram, quod Christiana
Reip. expediret maxime et videlicet et elegisse, autho-
remque reliquis exstitisse, ut dum licet mutuis auxiliis
communibus subsidis, tanta immanissimi hostis obvi-
am eant libidini, cuius opes, intestinis ipsorum discordiis,
eo creverant potentia. Perge porro invictus
Rex, et hanc licentiam, non armis magis, quam
pietate notam Tuam suam imploranti porrigere Po-
lonia. Defensor Fidei appellaris, commune numen
ne blasphemetur, provide. Imitare majores Tuos,
quibus haud grave fuit, e proprijs Barbaros evellere

latebris, et ultimis Syria finibus Britannici nominis
 Gloriam terminare. Abunde amplissimis Majestatis
 Vestrae ditioribus suppetunt, quaequas ad reprimen-
 das potentissimi Hostis vires requiruntur. Proce-
 rum copia, populi multitudo, omnis generis apparatus
 vis immensa; ne patiatur Majestas Vestra peritissi-
 mos rei militaris Anglos, bellicosissimos Scotos, Hibernos,
 ferocissimos, conjunctissimi Majestatis Vestrae Regis,
 et amicissime ~~meae~~ gentis discrimina spectare otiosos,
 ac tam late Serpens incendium in propria potius open-
 ri Domino, quam in vicina dum licet reslinguere, in ali-
 eno discrimine propria curare pericula, nec presentia
 duntaxat intueri, sed futura prospicere. Erit celebra-
 tae Majestatis Vestrae prudentiae, erit et mag-
 namitatis, quam uterque admirabitur Orbis, quam
 Sera praedicabit posteritas, quam servata mirabi-
 lur Polonia. Serenissimus vero Rex meus, uti
 nunc particularem erga se affectum, qua potest maxi-
 ma animi gratitudine complectitur, ita in posterum
 eum se Majestatis Vestrae declarabit amicum,
 qui et secundis Majestatis Vestrae rebus ex animo
 fauceat, et adversis, si quae impendeant, non seius quam
 proprio commoveatur discrimine.

#

Eiusdem Illmi & Excellentissimi
PRINCIPIS &
ORATIO IV.

Habita ad Sacram Reginalem Polonia &
Suecia Majestatem Ludovicam Mariam
in Templo Collegiatis Varraviensi
die X Martij, anno M. D. C. XLVI.

Cum eandem Majestatem Reginalem Sponsam, Serenissimi
Wladislai IV. Polonia et Suecia Regis,
uti Sponsi nomine salutaret.

Hoc demum Supererat agendum admirando
Septentrionis Exornatori, Regi indyto, ut
inter horridos gelida brumae rigores florens, et
flagrans à Gallis transplantaret Nilium, et sub ipsa
Arcto Vere in eunte Aesperius hortos instauraret,
virentes nempe laurea, et in arum vigentes palma
tot Orbis Climatum Triumphatori candidum
in consortium gloriae jam olim pollicebantur florem,
coronaturum victrices genas, illa diuinitus nuncupata
Vini Corona. Talem se hodie salutab, & flos
Principum, Regum gloriosissimus, et in nexum trium-
phalibus lauris, novum, insigne, conspicuum frontis sua

x

decus veneratur. Magna ades Hoopes, Max:
 una Sponsa, eum occupatura Thalamum, quem
 tot saeculis Augustorum Caesarum Filiae, Nep:
 tes, Pronepes coluerunt. Regum et Orbis Geni:
 tura Patres. Sic nempe fata destinant, ut
 Ludovica Mariae augustae virtutes non nisi
 augustarum stuerent auspiciis, & Sanguini,
 impari illa vice nuptia, in quarum Comparatione
 quid majus reperiretur non sorte nascendi, sed prudent:
 tissimi Regis iudicio, ad Sceptra vocari, prima
 post Leonoram Augustam Gonzagæ genti Regum
 illatura decus, cujus consanguinitatem jam olim
 amplexa Gallorum Regia arripuit Cesarum do:
 mus, et in qua reliquis Paleologi Sanguinis Ori:
 entalis Imperii, nova, si Dûs placet, servant aus:
 picia. Huc Te benigna evocarunt fata,
 fortissimi Herois Consortem futuram, an non
 licet sperare, eam felicitatem, quam tantorum,
 non Planetarum, sed Numinum conjunctio pollicer:
 tur? Ludoni victoræ paritura es, que tot Bar:
 barorum viastâ Victorem, Majestatis Suae eximij
 virtutibus, non fascos aut securos, sed Heroici
 pectoris amorem submittentem. Jungit hanc
 dexteram, Orbis Christiani protectricem dextera

Tuo Orbis Aetiori Regum maximus, junxit
cor, & affectum, et felicissima Regia auspicia, So-
ciam Italiam, Comitem Imperii Sceptorumque
ex amplissimi Senatus Consilio Majestatem Tuam
dixit, et quod felix, faustumque Orbi Christiano sit,
eundem Thronum occupare jubet. Quod si preter
rea aliud conjugalis amoris Majestas Vestra dedide-
rat pignus, uniuersum Filii inestimabile participat, securus
a Majestate Vestra non horrenti aspectu prose-
quendum. Crescit ille in spem Reonorum, pa-
ternas conservaturus palmas, hunc Majestas
Vestra Materno fovet sinu, nec patietur in ejus
Educatione, tam luulentam bene merendi de Orbe
Christiano elabi occasionem. Quid amplius ab
amantissimo Sponso desiderare Majestas Ves-
tra possit, ipsa cogitet, usque sibi persuadeat, eum in
cujus conspectu nemo Subditorum Tristis recedit, tan-
ta Hospiti nihil negaturum, cui se ipsum ultro
dedit. Sed antequam ad Sacra Divum altaria
ea renovaturus vota, quae per legatum suum Vi-
rum Illustrissimum Spondit, auddat, Supremum
precatum Numen, ea velit esse fausta, felicia Ecclē-
sia Catholica, quae tot procellis Christianorum

Prop. Patria nostra, unico reliquorum Regno:
 rum antemurali, et utriusq; Majestatum Vestrarum
 indyca Familia. Applaudunt fideles Subditi,
 et pro incolumitate utriusq; libera capita
 devoveri parati, inter tranquillos Ma:
 jestatum Vestrarum Hymeneos,
 et laetas innocuasq; faus, prisa
 Polona Fide et candore,
 iterum, iterumq; in:
 geminat, Vivat
 Rex, Vivat
 Regina.



Deus Maria Joseph.

+

Eiusdem Illustrissimi et Excellentissimi
PRINCIPIS &
ORATIO V.

Habita coram Serenissimo Venetiarum
Principe, et Collegio die XIV. Janu.
Anno M.D.C. XXXIII.

Hospitæ non ita pridem suæ, nunc amicæ,
et Sociæ Vestre huic Serenissimæ Principi,
gratum lauti, et luculenti hospitii animum tes-
taturus Wladislaus Polonia et Suecia Rex Serenissimus,
eadem legatione, qua Supremo DEI in ter-
ris Vicario obedientiam prestittit, Amorem, et
benevolentiam suam declarare voluit. Non op-
preffit gravæ tantorum Regnorum Diadema,
præteritorum temporum memoriam, nec extinxit
totius penè Orbis fervens erga ejus exaltatam
cultus, acceptorum olim ab amicis officiorum gratitudi-
nem, et reliquorum quidem Principum areta consangu-
initatis, aut affinitatis necessitudo, jure quodam

suo omne Penus venouolentia erga peregrinum
 sum Principem reponere videbatur; Serenissima
 hujus Reip. humanitas quo liberior Regi meo gratior,
 eoque porro recordatus, in Reip. ipsius Majestatis mente,
 viget jucundior. Viget et gratitudo reciproca, quae
 cum eius Majestas justitiae partem esse omnino arbi-
 tratur, nec eum qui mortalibus ingratus fuerit, DEB
 debitam praestitutum pietatem. Ab hac autem au-
 spicatus faustum amplissimarum ditionum imperium,
 illi quoque libere voluit, et Serenissima Republica
 Vestra bono, quocumque auspicio dignitatis, potentiae,
 fortunae, candido devovere animo. Duos Polono-
 rum Reges hospitio exceperunt Venetiae, Sed
 hunc meliori omine, illum enim adversa fata, et se-
 cum Throno ad tragica Patria Sceptra rapiabant,
 hujus laureatos post tot creta de barbaris trophaea
 capiti, non fortuna, sed virtutis manibus fabricatum.
 Diadema jam tunc caelum destinabat, ac proinde
 in partem ipsius gloriae, et fortunae, hanc quoque
 Remp. vocabat. Nec vero solum jus hospitii eum,
 Amorem, quo hanc Remp. Serenissimus Rex meo
 prosequitur, excitavit, Vestra libertas, in Remp. Chri-
 stianam merita, Religionis integritas, in colendis amicus

constantia, in prosperis summa moderatio, in adversis
infracta magnanimitas, amare Venetos, et admira-
ri iusserunt. Nempe in Sinu libertatis natus, eiusq[ue]
lacte educatus Princeps, veneratur Nutricis Suae anti-
quissimum Subile, in quo post varia naufragia, barbari-
ci, et Tyrannidis hinc inde jactata procellis bono omni-
ne primum conquirevit. Et quodni amet illam,
quae non solum Animum Regia potentia innatum,
non id quod libet, juberet, Sed ex praescripto legum, li-
beris populorum consensu Sanctarum, Subditos re-
gere, longe melius, docuit; verum etiam ejus vir-
tutes, liberis liberae Gentis judicis Orbi clariore
reddidit, Et non Sorti nascendi, Sed meritis tan-
tum premium se detulisse testata est. Quodni
illam amet, quae sola regium caput reddit secu-
rum, arceat invidiam, Principem, Et populum
insolubilis benevolentiae vinculo, connectit. Hoc
vero demum regnare est. Quod si autem mo-
rum Similitudo hominum generat amicitiam,
quantum Regi meo, et Reip. Polonae erga hanc
Vestram amoris accedere, necesse est, ex hac pariter
libertatis aequalitate. Sed et clarissima hujus
Serenissimae Reip. merita, exantlatiq[ue] pro Christiani.

nominis gloria labores, hanc texunt paritatem.
 Polono Equidem & Veneto cruore mutavit Sape
 numero Luna Ottomanica colorem. Quid de
 fervido Fidei ac Religionis studio dicam, im-
 pervia templa vestra haerisi, nec ulla unquam ad-
 versus DEUM rebellionem polluta. O ingens
 bonum! arcet non dubitate ab hac Rep. omne
 exitium is, a cujus altaribus Rep. sacrilegas
 Haereticorum arcet manus, & Marcæ doctrina
 firmata, falsa eorum contemnit dogmata, sacro
 sancti demum et constantem culta amicitiae
 jura, maximum ad amplectendam hujus Rep.
 Societatem Regi meo addiderunt iunctamen-
 tum. Haec si quidem unica gloria, omnes
 in unum congestas longe superat felicitates,
 hujus causa vel perire dulce est. Hanc Rex
 meus amplectitur, hujus possessione Polonorum gens
 universa gloriatur. Agite ergo Tu Serenissime
 Princeps, Vosque Proceres incliti, hospitem olim
 Vestrum, nunc Polonorum, Suecorumque Regem
 Potentissimum, Septentrionis, et Orientis ter-
 rorum, Christianorumque decus et ornamentum,
 officiorum Vestrorum gratissimum, in amicitia con-
 stantissimum, Vestrae Reip. amicum, quod bene
 cedat Christiano Orbi, dicite et agnoscite. Et

Si quando immanis Turcarum rabies perfidia
conjuncta, ejus celeritatis arma laxaverit, id agite,
quod ab amicis, Sociisque tanti Regis desiderari, quod
a magnanimitate et prudentia vestra potest expectar
ri. Serenissimus porro Rex meus, ut omnem ves
tram sollicitatem suam esse putat, ita Vestro, si quod
emerserit periculo, non secus ac suo proprio commove
bitur discrimine.

Eiusdem Illustrissimi et Excellentissimi
PRINCIPIS &

ORATIO VI

Habita Thorunii die xxviii Augusti
Anno MDCXLV.

Dum Nomine Sacra ac Serenissime Regiae
Majestatis Vladislai IV, publica
in colloquio charitativo Legatione
fundo rotatur.

Redivivum, tranquilla veneretur Constantinum
 Polonia. Non uno Maxentio Domito, & gloria
 Cruis, ultra Istrum et Tanaim prolata, V. L. A.
 S. S. S. A. V. S. Regum constantissimus, inter viron-
 tia, ac florida alma pais, quae ipso plantavit oliveta,
 De tam beata Semente sollicitus, tempestivam curam
 ejusdem indemnitati decrevit prospicere. Perret
 in propria crudelis viscera, a medio jam pene aere,
 conceptus, Orbis Christiani furor, quo velut astro
 peracti concivium, cognatorum, imo fratrum animi, pro-
 textu Religionis, et Sacrorum, Religionem evor-
 tunt, Sacra profanant, et pollunt, Sanguinem
 tot innocentium exhauriunt, Temp. Christianam tot
 propugnatoribus Spoliant, et incertes tam luculen-
 te occasione Barbaris prostant, et prostituunt. Va-
 tida nempe in animos hominum Religio, eos vel ardi-
 ssimam stringit compage, vel si ipsa scindit, ipsa dis-
 rumpit, ac dilaniat; ut ne ipsis quidem natura vinculis
 parcat, quamvis universo generi humano Summe vene-
 randis. Ita quam optimus quisque se creatori Optimo
 Debere profiteatur, Gratitudo non gratitur alios
 cancellos, aut Lyamonta, preter intentam in id, quod
 ei credit placere. Voluntatem, quae ut recto processerit

e
 te,
 id
 etar
 es
 illud
 out

framite, aut ab eo deviatorit, mortalium mentes opinio-
nis suae tenues, vel in seipias armat, & acuit. Hinc
à communi Christiano nomine, et jure exulat, proh dolor!
Christiani amoris, et Communio unionis, et illud forum,
quo Christi propaganda erat gloria, in ejus sevit membra,
imo viscera. Sola hucusq; Polonia prudentissimã
Majorum nostrorum Moderatione, tanta feritatis experta,
placida tolerantia, mutui inter Concives amoris affectum,
quamvis saepe remittentem, retinet, ac fovet. Sed haec uni-
versalis, quae totam inficit Europam, contagio, an non me-
tuenda? imbibent nostrorum animi, vel ex Vicinia, vel
usurpata inter Exteros peregrinantium conversatione,
peregrina vitia, et uti in Sole deambulantes ex-
venire consuevit, sensim se infuscari, haud sentient. Hinc
promanat, provida S. Q. M. Domini Nostri Clemen-
tissimi Sollicitudo, quae dies, noctesq; cor, et mentem
Regiam, incitat ad procurandam stabilitam jam politi-
cam pacem Ecclesiasticam; uti nempe unicam illius nutri-
cem. Cum vero pacis origo sit amor et concordia,
praemyssa matura Cleri in provinciali Sacra Syno-
do convocati deliberatione, ad hoc charitativum
et Fraternum colloquium, Dissidentes opinionibus
in Religione Christiana Subditos suos, clementissi-
me evocare constituit. Quos remotis illis acerbis

astricibus Scholasticis nempe concertationibus de vero, ge-
 nuinoque uniuscujusque opinionis sensu, tranquilla collocu-
 tione dicent fraternè colloqui, et remotis calumniis,
 falsis traductionibus, et imposturis unius ab altero ab-
 horentiam deponere. Quod ubi processerit, non
 dubitat Sacra Regia Majestas, reliquum genuine
 differentie facilius componi, et extinctis odiis Spiritum
 illum, qui in turbine non operatur, sed sibilo leni inspirat,
 et cura suavi incomprehensibilis potentie sua disponit,
 ad illuminanda Soli Divini honoris celo auersa per-
 tona provocari, et alluci posse. His verò premissis
 conciliabuntur praeceps, corrigentur mores, profligabun-
 tur scandala, et unius ad alteram postliminio revocabi-
 tur fiducia. Et ecce brevè descriptio Scopi, ad quem
 Regia Majestas collimat, quem consecuturum quis du-
 bitat? hoc tam frequenti, et ad secundanda ejus vota, tam
 prono concursu, quem auxisset libentissimè sua ipsius Praesentia,
 ut sic demum, Constantini Sarmatici, totum nomen im-
 plet, si tot diversa Regnorum cura, unam Reip.
 partem curare permittent. Hoc tamen remotà tan-
 tis per, à communis Patria gubernaculis, vicariâ manu,
 sua hic vices curare et nomen ac omen inferre voluit,
 ut mutuae charitati, Paci, Tranquillitatique faem proferrem.
 Quod dum ego tanti Regis, verique Patria Patris nomine

agg, Adeste animis, Reverendissimi, Illustrissimi, Gene-
rosissimi, Doctissimi, ac Eruditissimi Viri, et quo fine, ita
DEO disponente, in hunc conflueritis locum, accuratius
expendite. Hoc nempe illud tempus est beatitudinis Vest-
rae, si Ecclesiam, et illi Subditum Orbem, Paue beaveri-
tis; hoc tempus felicitatis et Gloria hujus amplissimi
Regni est, si vestra cura et Sollicitudine, vestro affectu
et charitate, nati in Ecclesia minori contigerit, per restau-
ratam in Ecclesia pacem, primogenitura. Quod ergo bene-
vertat homino Christiano, Ecclesiae, et Reip. ad opus
Vos auingite, ubi manu ducentem Sacra Regiae Majestatis
Domini Nostri Clementissimi, Instructionem praelegendi-
dam, nostraeque Legationis fiduciaras intelligetis.



Nunc sequitur Legatio Excellen-
tissimi Chomentowski Palatini Mazowien-
sis ad Sacram Caesarem Majestatem. In a. d. n.

1719



De Peterburg & Martij. 1720.

Debilis sanitatis ergo Illius Legatus
 nerva non egredius usq ad Anam Laurentis, unde migrans Nationem hinc loco
 tribus partibus militaris hinc affuncto p. stentis. Ubi deprehendit D. Riato:
 Rycki Secretarium cum Complemento à D. D. Ministris et delatione quarundam
 Genimoniarum. Idem detulit D. Brigardier hinc Lotow destinandum cum
 Carpentis hinc fan, ad excipiendum Illius Legatum, ad hinc tot Carpentis
 quot Peterburg ad presens continet abriam. Illius proceura: Similiter exau:
 sans paucitatem militum ad latus Anni fan quotquot sunt omnes appropinqu:
 egressuros. Et recipit responsum agendo gratias pro salutatione, et quod Illius
 Legatus gratissime habebit presentiam D. Brigardier cum addito tamen hoc
 ne ille ad latus suum sedere pretendat. Noctu dignificatum est Dominum
 Brigardier hora 3 futurum, cuius adventus ad horam 10 p. tractus. Venit
 ergo 3 curq D. Riato Rycki Secretarius certificans omnia litura secundum
 vota Illius Legati, et D. Brigardier ante faciem Illius Regnum, Reherden:
 tiam autem non in Palatio D. Seremet quod est abijunctum, et ruinatum sed
 sub memoria hinc fared m. h. h. assignatam. Hora venio venit D.
 Brigardier Lotow. Ante quem primario antecedeant Dragones ad tubas et
 tympana, hoc insequerantur Carpentis quindecim. Tandem in carpentis rechebatur
 ipse Dominus Brigardier Lotow. Post hoc ascendebat Carpentum hinc fan quod
 antecedeant sex equites diuina vestitu ornati. Venientem ad locum ubi morabatur
 Illius Legatus exiit D. Masisehalous aut D. Illius Legati in a. D. Sec:
 tarius Legationis, in medio autem ipse Illius Legatus ubi ab soluto utriusq
 Complemento, praeserunt eo ordine. Primo Dragones, post quos ascendebant
 quatuor equi hinc fan, tandem quindecim Carpentis hinc insequerantur
 Carpentum Illius Legati & cui insidebat D. Secretarius Legationis tenens
 manus expeditionem Legationis, circa Carpentum erat solida assistentia diuine
 ornatu vestita, post hoc apparebant sex equi Turci modo adonati postea
 sex quorum aderat comitatus et Carpentum, cui inerat Illius Legatus cum D.
 Brigardier, insequerantur tria Carpentis Illius Legati inter agmina postuli.
 toto Peterburg, et primario inter Congerebantur autarum spectantium turba,
 inter quas fuit hinc fan, qui dum adentabat Legatus inter populum
 leatidit ne adiretetur, in altera erat hinc farea quam Legatus humil:
 hinc Generatione aderaat. Tandem ducebatur Secus arsenale admirationis
 ubi multa musicorum audiebatur symphonia, post hinc Arca locum fabrica:
 tionis orarium ubi aliquot in actuali operarum artificis aspiciiebantur adhuc
 inter Palatia hinc pompa venit ad Lipam Treud, dum vero proximus erat for:
 talitio explebantur tormento. Ad hoc inter duo Palatia larea ascendebat, ubi
 etiam spectaculum pompis hortis ultra admirationem caeculis adjuvabat. Post hinc
 ta totorum venit ad Palatium sibi designatum, est hic tria tabara militum in pa:
 rato. Tabant cum hastis tympanis, ubi signa militaria in salutationem acclina:
 bant. Inductus Palatio Illius Legatus paratas invenit mensas, quo veniens
 D. Riato Rycki Secretarius ad tractamentum a hinc fero D. Lotow et D. Vniolo-microw
 hinc fan assignatus, cui in Comitatum datus est D. Lotow et D. Vniolo-microw
 hinc hinc tempore comparuit Do: hinc, gratissime ad Illius Legato exci:
 ptus, inductus Palatio, ad hinc appositus mensa apparatus. Cepit propinatio

Genex
 ita
 stius
 Veri
 uerit
 ni
 fcedu
 estau
 bene:
 ves
 latij
 veni

D. Shtyko propinavit in Sanitatem Regis Romi. D. Legatus in Sanitatem
 Romi. D. Shtyko in Sanitatem Romi Regina. D. Legatus Romi. D. Shtyko
 in Sanitatem Familiam Romi Regis. Illius Legatus Familiam
 Romi. Tandem in Seram noctem Sanitates varias propinabant, et eadem
 Cerimonia tribus diebus durabat, ad numerosam musicam tympana, et tubas.
 Die 27 Martij Dum venit dies assignatae audientiae ad horam tertiam Com-
 paruit D. Shtyko in assistentia trium Carpentum Romi. et Sex virorum
 ante ultimum praedegnantium, hic suscipiebatur per M. D. Castellani-
 dam Rademiensem, in gradibus autem per D. Secretarium Legationis et
 in sala abiit Illius Legato, ubi mirabili parumper tandem ascensu Car-
 pentis proceperunt eo ordine. Inprimis duo Carpenta pro Castellanis et alijs Mini-
 stris Illius Legati, insequantur eidem duo Carpenta Romi. San. posthac tri-
 plex assistentia Inter Illustrissimi, de his hinc Carpentum unum Illius devehens
 D. Secretarium Legationis tenentem manu Literas Regis Romi, preceden-
 tibus tandem Sex Viri. Caris Carpentum Carcum ducebatur cui insidebat D.
 Legatus cum D. Bonardier. Dum secus Palatium audientiae ventum est
 adstabat Navis quaedam deaurata; pulchrum sane erat Spectaculum vel eo
 quod inenarrabile huic dum appropinquabat Carpentum extemplo ad ali-
 quot centena Varij coloris oculo exposita. Postquam rem ad
 Palatium delatus est, a Stante in parato Choro salutatus obita Officiorum
 Veneratione. Sic excipiebatur primo a D. Praver Vicepraesidente Collegij de
 Shtyko, in gradibus D. Generalis Gernichow, in sala D. intimus Confidarius
 Carca Mitis D. Emepod a quo introductus e' Condaci ubi. Camus stabat in Spo-
 no delecto Capite, in dextra parte mensa adornata in sinistra Alta luxuris
 ctenodij, et desuper Baldechino formam pempid administrante decorata. Illi
 post sermonem Vocem habitam a Illius Legato Romi. San. Sanitatem Re-
 gis Romi capere nunciandam, ex post per Cancellarium suum Sanitatem
 Illius Legati. Sic per Ministros ad Perductus eodem est forma quo ante.
 Die 28 Martij Hora prima discessit Illius Legatus pro Carpentis et
 obita sua stipatus assistentia ad Romi. San. exceptus a tribus equi-
 tibus inquit.
 Die 28 Martij Hora nona Illius Legatus ad Statutam Conferentiam
 in Palatium Senatuum, in quo erat audientia, progressus, exceptus ab uno
 Secretario ad gradus per alterum Secretarium D. Kurbatov, ad fores anti-
 camerae a D. Osterman et Stefanoff, in altera Anticamera a D. Cancellario
 Gotsoskerin, et Vicecancellario Kafennov et D. Foltstov. Sic omnes ul-
 tiori Condaci induit, discumbentes inchoarunt Conferentiam et primo Illius
 Legatus assumpsit vocem in hinc Verba et literarie et ad praesens voce mea ad
 Romi. San. expressi Characterem meum, quia veto hic fundatur in Sen-
 tis ejusmodi, id est in Imperio et Instructione, ideo prima jam tradita
 alteram Domini. Vestis praesentis, tertiam datam scilicet materiam Confe-
 rentiae proceperit. Quam receptam D. Vicecancellarius, et legitime reddidit Se-
 cretario D. Biatskycki ad transcribendum, quo facto exposuit est Illius
 ut propriam manum apponeret et nomen cum solita Alta nota Concordat cum
 originali. Quo facto, Assumpsit vocem in hinc Verba. Romi. Pea et

Respublica Polona non tam facile Legationes expedire possunt sicut est in Ab-
 soluto Dominio, siquidem ad Legationes praecipue Tractatum Amicitiae
 omnium Statuum ad praevendendam securitatem debet expectari, in expeditione
 autem varias includit materias, ideo et ad praesens cum simili Instructione a
 Rege Sarmico expeditus sum praesertim respectu transactionis haec obvenientes
 difficultates, ut facilius possim ac valeam, ut prior amicitia inter Sarmam
 Regem et Sarmam perseveret. Expressi jam Voce mea aggratulationem tot Vi-
 ctuarum, et expugnationem felicissima fortationum cum additis Sarmam
 Sarmam additis primasum applicationum S. P. Mittis et Reipublica memorem
 futurum, et tractatus particulares ad esse suum in effectu deducet hic id
 tantummodo ad iungendum videtur quod Sarmam Sarmam, perpendere facili-
 me possent eandem suam esse fortitudinem quae Respublica totum belli onus
 cum maiori suo damno, in Dominio tam Regni quam Magni Ducatus Lithuaniae
 et etiam hereditariae Legis Sarmam, quibus totum belli ferorem sustentantibus habuit
 Caracitas, facilitatem ad formandos exercitus, et subiuganda fortationa. Quia
 autem Sarmam Sarmam magis prosperant Numen, quam hostis, licet ex parte sua
 Respublica fuerit satis attam fortuna belli in manu Domini reposita omnino.
 da erat impossibilitas contrariandi, hic autem aperta benedictione fortunam Sarmam
 Sarmam Dominus augebat, conveniens ergo est ut huiusmodi felicitas ad versetur
 tum participetur amicis, mala enim quorumvis tractatum est conditio, ad
 unam partem felicitatis, ad aliam in felicitatis portio pertineret. Hoc itaq. pro
 fundamentali puncti primi post ratione non per solutorum exercitia Regni
 et Magni Ducatus Lithuaniae millionum accedo. Non novum id est quia tot
 Conferentis in Polonia partim in Persona Legatorum, et varijs allegationibus
 illustrata, ut suum sortatur effectum S. P. Mittas renovat, notens verum Con-
 ferentia morari D. D. Vestras ab illis favorabilem expecto resolutionem
 Cancellarius reposuit Propositionem D. Vestra deferemus Serenissimo Sarmam
 Cancellarius vocem D. Vicecancellarius, nos etiam habuimus in felicitatem
 quia in Regione nostra habuimus hostem. Sarmam Sarmam Dominio suis admo-
 tum non peperit, et magna perferit damna. Succursus Reipublica per
 Generalem Colloq. ministravit, quod iam fuit a Rege Sarmam abdicante em-
 tela dimissa, postea et particularis Tractatus pactus est, et Sarmam Sarmam
 quum belli infortunium ad Navarra toleravit.
 Respondit Illius Legatus si aliquod infortunium Dominia Sarmam Sarmam habu-
 erunt id fuit exiguum, attamen post haec benedictione Divina multa feli-
 citate compensatum. Quod abdicatio est, hoc si vult. Sive Respublica, si
 hoc in his armorum factum, novit enim abdicatio ad Convocationem
 Statuum esse debere, quod ut feret ignoret quomodo ergo D. D. Ministri
 sive possunt. Praesertim dum abdicatio post abdicatioem Regis Sarmam
 Statibus Reipublica abrogata. Rex autem Sarmam et Respublica habent vi-
 cissim inter se positas obligationes, et hic ab illa non potest dispolei, siquidem
 habent inter se mutuas obligationes. Quod attinet Succursus Reipublica
 missum, etiam Sarmam Sarmam fuit interesse, ut hostis relicta Polonia in
 Ditiones Sarmam Sarmam se conferret unde si tam facili eventus esse bellum
 in Ukraina, et etiam Rex Sarmam in Persona sua pericula inveniebat. Quod

est occasione ad Narvium. annuit D. Legatus, notabile damnum, ex quo
exurgere non tam facile esset, si Rex Svecia victorem exercitum ad ingressum
Polonia non dixeret.

Capitulum D. Totostow necessarium videtur inquirere quis dedit initium belli
et tantorum damnorum ad hoc erat necesse quatenus Respublica in Const.
nijs stare, et non admitteret hostem. Sermius autem sanus usq. adhuc
est in actuali fortuna dispendio ratione belli.

Respondit Illm^{us} Legatus quod non possit rescire quia Serm^{us}. Rex velut
Capit^{us} Respublica^{is} h^{ab}uit. Rex autem Svecia Poloniam ingrediebatur fi-
nitibus tractatibus Catoricem cum Respublica majorem partem exercituum
dimisit et solum proportionales vires conservavit. Quod vero continuatio-
nis belli est, respensum, quamdiu fuit apud nos hostis bellabamus,
licet remoti et mediati a Pomerania, et illic egimus Poloniam vin-
bus quod potuimus, ab his exercitijs ad limites positis. Rex autem
Sermius cum suis copijs tandem abisset, quamdiu inveniebatur ho-
stis, et negotiationibus varijs jurabat ad illum e^{ss}e eliminandum
pronunt^{is} in defectu navium bella peragere non possumus, attamen in cam-
po hactenus ultra alios permanemus et permanere volumus.

Ad hoc D. Vicecancellarius ait. Quia Sermius sanus inchoato bello ad Ri-
gam suas subministravit copias cum Principe Replm. et dicit se habere
litteras a Principe Regni, et alijs Sermiis Polonia bellum inchoandi et
Sermius sanus rescivit modum cum Polonia tractandi.

Respondit Illm^{us} Legatus non rescire se quod Sermius sanus dicit ad Rigam
putare se tamen quod etiam Sermius sanus si resciverit, hoc autem pro certo
novit, quod ^{non} inchoato bello senatus consilium formatum, ideo ergo se-
cundum jura nostra ad bellum resp^{er}ari non potuimus, cui etiam assensum
dedit Rex Sermius reservando ad Comitum declarationem belli. Ut
autem ad aulam Sermi^{is} san^{is} resciretur tractari quodcumq. Polonia
interepe, non intelligit Illm^{us} Legatus, siquidem in antecessum multi
tractatus, et colloquia in ejusmodi camine vertebantur. Sed ut non ne-
